

rege Francorum adque Langobardorum, seo multarum regencium, ac patricius Romanorum. Ego itaque Rachio humiliis Christi servus servorum Dei, adque omnium catholicorum acsi peccator, gracia Dei vocatus episcopus Argentoratinxis urbis, in anno V episcopati mei, pro salutem anime meae remedium, vel pro eterne retributione, in amore Dei et sancte Mariæ Argentoratensis urbis eccliesie hec librom canonum

cundæ stirpis. Nec miranda est hæc barbaries, cum stylus correctus innotuerit non nisi initio sœculi nonni, teste Fontanini, in *Vindictis diplomaticis*, pag. 214, 215 et 238. Hanc eruimus ex ipso codice membranaceo octavi sœculi antiquæ bibliothecæ ecclesiæ Argentinensis, quem princeps Ludovicus Constantinus, cardinalis de Rohan, a republica Bernensi obtinuit, dum ille ineunte mense Julio 1774 in urbe Bernensi versaretur. Plura de hoc codice vide in Historia nostræ tomo primo, lib. III, pag. 315 et 316. Codex revera est sœculi octavi et ipse autographus. Diligenter illum examinaverat doctissimus et amicissimus nobis D. Sinner de Ballaigne, Bernensis bibliothecæ prefectus, qui ex litteris majusculis sive uncibus in inscriptione exaratis, ex aliis codicis characteribus, ex forma litterarum, ex orthographia adhibitis regulis a Mabillone traditis, et speciminibus scripturarum indubiae ætatis judicavit in prefatione catalogi codicum manuscriptorum bibliothecæ Bernensis, tom. I, pag. 23, nullum de ejus ævo supereres dubium. Hæc ad laudem addenda sunt præstantissimi viri, cui præsertim duos antiquos codices ecclesiæ Argentinensis debet eminentissimus princeps episcopus noster de re litteraria inter illustriora regiminis sua facta multum meritus. Codex Rachionis in multis videtur similis codici Colbertino canonum, qui initio octavi sœculi fuit Romæ conscriptus, et qui hodie exstat Pa-

A continentem in se doctrinam sanctorum recte viventium patrum scribere jussi : omnem plenitudinem omnium conciliorum secundum constitutionem anteorum patrum, qui fuerunt congregati ad concilium in Nizea civitate, hoc sunt 318 episcopi. In quo legentibus futura sit speculatio presens eruditio ^a. Explicit prologus ^b.

risis in bibliotheca regia, num. 3836. Codicem canonum ab Adriano papa Carolo regi anno 774 donatum ex perantiquo octavi sœculi manuscripto bibliothecæ ecclesiæ metropolitanae Coloniensis evulgavit P. Josephus Hartzheim, Conciliorum Germanicæ tom. I, pag. 131-234.

B Hic codex jussu Rachionis scriptus videtur esse, ut diximus, codex canonum, quem ab Adriano papa accepit Carolus imperator, inde per Galliam et Germaniam receptum; cui codici, qui continebat concilia Graecie et Africæ, addidit Rachio concilia Galliarum et Hispaniæ cum decretis centum summorum pontificum. Decreta incipiunt ab epistola Damasi ad Paulium episcopum Antiochenum, et in eo nulæ falsæ reperiuntur decretales, tunc jam evulgatae sub nomine Isidori Mercatoris, sive Peccatoris.

B Formula *explicit* frequens est in antiquis mss. refert verbum latínū *explicitus*, id est, sermo sive liber absolutus, quo sensu ait Martialis, lib. XIV, epigr. I :

Versibus explicitum est omnia duobus opus. Non rarus erat ejusdem formulæ usus ad notandum finem operis tempore sancti Hieronymi qui scribit, epist. 158 ad Marcellum : « Solemus nos, completa opusculis, ad distinctionem alterius sequentis medium interponere *explici*, aut *feliciter*, aut aliud C istiusmodi ».

ANNO DOMINI DCCXCI.

ANGELRAMNUS

METENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA HISTORICA IN ANGELRAMNUM.

(Ex *Gallia Christiana*, tomo XIII.)

Sanguine illustri natus Angelramnus seu Ingelramnus, quem Chrodegangi antecessor fratre natum fuisse diximus, educatus est a pueritia in monasterio Gorziensi sub Nargaudo, puerorum magistro. Dein migravit in cœnobium Cellæ-Novæ, hodie dictum de sancto Nabore, ubi aliquandiu vitam monasticam professus est. Cum Metensis episcopatus duos annos, menses sex et undeviginti dies vacasset, in præsulem est ordinatus 25 Septembbris anno 768, archiepiscopi titulo ut antecessor honestatus, atque etiam archicappellani Caroli Magni regis honore decoratus. Obtinuit ab ipso rege, si jam ante episcopatum non habuerat, abbatiam Senonensem, eamque Ecclesiæ suæ ditioni subjecit, moleste ferentibus monachis quod eorum monasterium ex regali episcopale evasisset. Ille vero ut monachorum amicitiam sibi reconciliaret, tribuit eis corpus sancti Simeonis episcopi Metensis, quod illi irati suam in ecclesiam interdiu admittere recusarunt. Negotiis tamen nimium distractus, Nargaudo Gorziensi monacho suo institutori abbatiam transcripsit. Varengesi villam aliaque dona monachis Gorziensibus tradidit anno 770, Carlomanni regis

D primo, cum hac conditione ut pro se suisque successoribus episcopis Metensibus nec non etiam pro regibus Carolo atque Carlomanno et pro stabilitate regni Francorum, Domini misericordiam attentius extorarent. Cum Lullo Moguntino, Weomado Trevirensi archiepiscopis aliquique præsulibus Laureshamensis Ecclesiæ fecit dedicationem anno 774, Kal. Septembbris, præsente Carolo Magno rege, qui invitatus a Gundelando abbate cum Hildegarde regina et Pipino filio eo accesserat. Compertum habemus ex testamento Fulradi abbatis sancti Dionysii in Francia, condito anno 778, Angilramnum quasdam cum illo fecisse commutations de rebus sitis in loco de Salona diœcesis Metensis. Quæ pacta in synodo Patris-Brunnae anno Caroli nono inita cum prædicto Angelramno episcopo, Vilhario Senonensi archiepiscopo et cum Fulrado abbatte, ab ipso principe Carolo confirmata sunt anno insequenti, ejus regni decimo. Hoc compromisso inter eos convenit ut neque Angelramnus, neque successores ejus, nec archidiaconus in ipso cœnobio Salonensi facultatem ullam haberent, nisi si abbas petierit, ordinationes faciendi, christiane

consignandi et tabulas altaris benedicendi. Preter abbatiam Senonensem cœnobium sancti Trudonis rexisse creditur; id quodammodo probat ejus nomen insertum indici abbatum, ab auctore chronici monasterii ejusdem vulgato. Abbatia sancti Naboris studiosissimus, litteras dedit anno 787 ad reprimendam vexationem Volmari comitis et advocati Ecclesie Metensis in homines monasterii, tam in exactionibus quam in rapinis per subadvocatos et ministros suos: unde cœnobium illud ad tantam devenerat inopiam atque miseriā, ut vix possent reperiri fratres qui Deo et sancto Nabori servire vellent. Cui vexationi ut obviaret, Angelramnus Walonem abbatem ac fratres induxit ad quasdam villas ex præbenda sua comiti tradendas; sieque nullam deinceps a comite molestiam patereatur. Haud contentus monasterio copiam ac pacem curasse, plurimum auxit possessiones et privilegia, perficiendis a sancto Sigibaldo ceptis adiutis operam navavit. Et quidem cum morte interceptus est, sancti Naboris tumulum decorabat, quem a diacono Metensis Ecclesie absolutum fuisse docet Alcuinus epigrammate 64. Capitulo suo prepositoram de Millertaco concessit, impretravitque a Carolo Magno diploma datum Carisiaci anno 776, quo non tantum ecclesia cathedralis, verum et cæteræ diecesis Metensis ecclesiæ atque monasteria a seculari jurisdictione forent immunita, interdicta regiis et imperialibus administris nibil contra personas et bona ecclesiastica moliendi facultate.

Oh singulare studium et existimationem qua eum prosecutus est rex, ad archicappellani dignitatem promotus fuit, simulque ab Adriano Romano pontifice accepit curam apud regem apocrisiarii seu nuntii apostolici munus exercendi. Forsan hæc munia, quibus prohilitus est ne in sua diœcesi resideret, occasionem dederunt episcopis Gallice cum violationis cœnonum insimulandi. Quam accusationem ut dilueret, collectionem canonum conscripsit, quam Adriano pontifici tradidit 19 Septembri 785. Hoc in opere aggreditor probare non esse licitum temere episcopos accusare, nec eorum famam sauciare. Indicat qua cautione quave prudentia rei episcopi judicari debant, qua quidem charitate ac circumspectione eorum vita contingenda sint. Omnes pene hi canones, maxima ex parte eruti ex falsis decretalibus numero octogeni, spectant ad modum procedendi in causis ecclesiasticis, quoram Angelramnus ab aliquibus viris eruditis anchor habetur; censent alii de promptis fuisse ex collectione falsarum decretalium Isidori Mercatoris.

Cantus Gregerianus sive Romanus, quem in Me-

A tensem Ecclesiam Chrodegangus introducere tentaverat, longe alienus erat a perfectione; verum sub Angelramni episcopatu ad magis regularē perductus est modulationem a cantoribus Romanis, quos ab Adriano papa impetratus rex Carolus Magnus secum in Franciam abduxit anno 787, e quibus unum Metas, alterum Suessionem misit, qui modum cantandi dicerent. Ad Angelramni preces Paulus Diaconus, coquimento Warnefridi, Longobardus genere, postea monachus Casinensis, ob eruditorem regi Carolo Magno dilectus, episcoporum Metensium historiam contexit, et ea honoristica clausit apostrophe: « Hic jam, pater sanctissime Angelramne, narrationis serie vestram beatitudinem locus exspectat: sed ego mea tenuitatis non immemor, attentare minus idonee non audeo, quæ de vestræ vite cursu laudabili majori stylo promenda sunt. » Diaconus alter Ecclesie Metensis, nomine Donatus, ei Vitam sancti Trudonis, præposita operi epistola, dedicavit. Auctor æqualis qui episcoporum Metensium Vitæ epitomena carnime scripsit, ita de Angelramno loquitur: :

Jam aunc triceaus postorqne octarus herili
Auxilio fulius traxit ad pia pascua vita
Angelramnus oves: quo tempore maximus armis
Rex Carolus sena, formaque, animoque decorus,
Italia accepit Christi i die munere seeptrum,
Quos simul Excelsi, Stephano posceute beato,
Protegat atque regat felices dextra per aum.

Mortuus est Angelramnus post 23 annos episcopatus, anno 791, dum Carolum regem in expeditione militari contra Hunnos tunc cepit comitatoret, in loco a diversi scriptoribus varie vocato *Asnaghium-Chunisberg, Asnabrug - Cumbeberg, Cummeberg*, unde corpus ejus in monasterium de Nova-Cella seu sancti Naboris advectum, illic sepultum est. De die obitus non consentiant antiqua manuscripta; sed majori parti ac Martyrologio cathedralis, quod ipsius mortem consignat ad vi Kalendas Novembris, stare satius est. Vacavit sedes viginti septem annos tresque mensis ex coilee sancti Symphoriani. Verumtamen Madaurensis episcopus, qui inter pontificium post Angelramni obitum non adimitit, hujus episcopatum ad annos usque quinquaginta, ejusque vitam ad annum usque 818 prorogat. Quam sane opinionem evertit Alcuinus, ipse jam ab anno 804 mortuus, epigrammate 164, quo testatur Angelramnum obisse domini sancti Naboris tumulum exornaret. Colitur inter sanctos in monasterio sancti Naboris, ubi ejus sepulcrum lapideum repertum est anno 1609, die 5 Augusti

COLLECTIO CANONUM

AB ANGELRAMNO METENSI EPISCOPO ADUNATA

ET ADRIANO SUMMO PONTIFICI OBLATA.

(Ex Mansi, Conciliorum ampl. Collect.)

Compendiosa traditio canonum Orientalium, sive Africanorum, quos beatus Adrianus papa in uno volumine cum superioribus conciliis ad dispositionem Occidentalium ecclesiærum Carolo Romæ posito dedit regi Francorum et Longobardorum ac patricio Romanorum. In primis de canonibus apostolorum sub numero 1 capitulorum.

Ecclesiastice regulæ sanctorum Patrum, apostolo-Dum, prolatae per Clementem Romanum pontificem, que ex Græcis exemplaribus in primo ordine ponuntur.

I. Episcopus a duobus vel tribus ordinetur.

II. Presbyter et reliqui clerici ab uno episcopo ordinentur.

III. Ne mei et aliud in sacrificio offeratur, nisi quod Dominus statuit.

IV. Novas spicas, uvas, oleum et incensum ad altare licet offerri ad benedicendum.

V. Reliqua omnia ad communem episcopi et presbyteri.